Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26592
Copyright: Admont, Benediktinerstift



per ~~em~~ emorroidas per menstrua per
exituras sive in superioribus sive in inferio
ribus et tu vide.

Super primo libro de criticis diebus

De consuetudine egritudinum est que
subito absque evacuatione manifesta aut
exitura apparente quiescunt est ut redeant
Sy egritudo fuit parua possibile est vi
sanetur integre sed si maliciosa fuit
redibit cum malicia et timore vehementi quare
non permittas ipsum in regimine ex cibo et
potu sicut istius cuius sanitas est rectificata
Ego autem nomino perturbacionem velocem que
accidit in egritudinibus crisim
Medicos antiquos qui in litigio et ignorancia
de crisi errant non puto quod esculapius
ipsos sanare possit
2° Crisis fit in omnibus diebus verum tamen non qualibet
est equalis in numero et certitudine Nam in
quibusdam diebus fit multociens in quibusdam
raro et nisi semel in quibusdam est certa
et in quibusdam incerta In quibusdam bona
et in quibusdam mala In quibusdam cum acci
dentibus maliciosis et maiori agone et